(2

SACRA RITUUM CONGREGATIONE

EMO, ET RMO DOMINO

CARDINALI ODESCALCO

RELATORE

NUCERINA PAGANORUM

CANONIZATIONIS

B. ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO

Fundatoris Congregationis SSmi Redemptoris, ac olim Episcopi S. Agathæ Gothorum.

NOVISSIMA POSITIO

SUPER MIRACULIS

Post indultam eidem Venerationem

ROMÆ MDCCCXXIX.

Ex Typographia Rev. Cam. Apostolicæ

Digitized by Google

Digitized by Google

NUCERINA PAGANORUM

CANONIZATIONIS

B. ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO

Fundatoris Congregationis SSmi Redemptoris, ac olim Episcopi S. Agathæ Gothorum.

FACTUM CONCORDATUM

1 Annus vix excesserat ab illa auspicatissima die, qua totius Ecclesiæ plausu Immortalis Memoriæ Pius VII. Pontifex Maximus ad Aras evexerat, et in Beatorum Album retulerat Sacrum Agathensem Antistitem B. ALPHONSUM MARIAM DE LIGORIO Fundatorem Congregationis SSmi Redemptoris, cum aucta ubique ejus Sanctitatis, et Miraculorum fama, necnon Fidelium in eum devotione, idem Pontifex ex SS. Rituum Congregationis Consulto *die* 28. *Februarii* 1818. novam ejus Causæ Commissionem propria manu signavit, qua pateret aditus ad tanti Viri Canonizationem.

2 Eodem Pontifice Pio VII. ad Superos evolato, eique suffecto *Leone XII.*, is *die* 6. *Decembris* 1825. Remissoriales Literas expediri jussit pro construendo Apostolico Processu in Civitate Calliensi super Miraculo B. Alphonso deprecatore obtento a Fr. Petro Canali Laico Professo Monachorum Camaldulensium in Monasterio S. Crucis Fontis Avellanæ. Sed et aliud Miraculum ad ejusdem Beati invocationem Cathacii evenerat in Regno utriusque Siciliæ favore Mulieris Antoniæ Tarzia Fazzari. Quamobrem idem Pontifex Leo XII. ad ejusdem Miraculi probationes comparandas in eadem Cathaccnsi Civitate Apostolicas Literas concessit *die* 5. *Julii* 1826.

3 Quoniam vero inter Testes conscios de præfato Miraculo obtento a Fr. Petro Canali recensebatur etiam R. P. Abbas Cirmassi ejusdem Congregationis Camaldulensis, eo tempore Abbas Monasterii Fontis Avellanæ, qui Processus tempore Romæ commorabatur, idcirco ne Miraculi probationi deesset integritas, idem Pontifex Leo XII. *die* 9. *Decembris* 1826. facultates impertitus est R. P. Promotori Fidei, ejusque Sub-Promo-

motori, præfatum Abbatem examinandi in Urbe, aliosque Contestes Romæ degentes, si qui forte ab eo indicerentur; ea tamen adjecta lege, quod ejus depositio clausa retineretur in Actis Cancellariæ SS. Rituum donec Transumptus Processus Calliensis transmitteretur ad Urbem.

4 Interea Romam pervento alio Processu Apostolica Auctoritate in Civitate Cathacensi constructo, indultum fuit *die* 14. *Februarii* 1827. ut servatis servandis aperiretur.

5 Nondum tamen absoluta alia Inquisitio fuerat in Diœcesi Calliensi super Miraculo a Fr. Petro Canali obtento. Instante propterea R. P. Josepho Maria Mautone Procuratore Generali Congregationis SSmi Redemptoris, Causæque Postulatore, monitus fuit nomine Congregationis SS. Rituum Calliensis Episcopus per binas Epistolas, aliam datam *die* 15. *Martii* 1826., aliam vero *die* 30. *Aprilis* 1827., ut quantocyus eamdem Inquisitionem absolveret, ampliatusque eidem fuit Pontificio Decreto *diei* 2. *Maii* 1827. ad alios Menses tres Anni terminus in Remissorialibus præstitutus. Advenit tandem præfata Inquisitio Calliensis, eaque aperta Decreto lato *die* 13. *Junii* 1827.

6 Hisce peractis cum jam per obitum Cl: Me: Cardinalis Caracciolo Causa Relatore orbata remansisset, idem Pontifex Leo XII. me eidem in Caussæ Relatorem suffecit *die* 16. *Junii* 1827. Proposito propterea a me dubio Validitatis tum Cathacensis et Calliensis, tum Romanæ Inquisitionis de Miraculis in Ordinaria Congregatione SS. Rituum habita *die* 22. *Septembris* 1827. ex Apostolico Indulto *diei* 18. *Julii* ejusdem Anni, affirmativum responsum prodiit, Pontificia deinde Auctoritate confirmatum *die* 26. recensiti Mensis et Anni.

7 Hoc aditu facto, antequam memorata Miracula ad trinam de more trutinam revocarentur, cum Periti a Delegatis Judicibus Calliensibus ex Officio electi ad recognoscendum sanati ulceris statum in sterno Fr. Petri Canali haud satis accurate descripsissent cicatricis figuram, et qualitatem, ideo ad Postulatoris preces Leoni XII. porrectas, Pontifex *die* 9. *Januarii* 1829. R. P. Promotori Fidei facultatem concessit, ut una cum ejus Sub-Promotore per Acta Cancellarii SS. Rituum binos Urbis Peritos eligeret, qui ejusdem cicatricis qualitatem, et figuram in Sterno Fr. Petri Romæ degentis recognoscerent, et exacte, diligenterque describerent. Quod quidem ab eisdem rite exequutum fuit, eorumque authenticæ Relationes in Actis compulsatæ.

8 Post hæc *die* 19. *Augusti* 1828. meis in Ædibus habita fuit Congregatio Antepræparatoria super eisdem Miraculis.

9 Deinde vita functo Sa: Me: Leone XII., et SANCTITATE VESTRA, PIE VIII. PONTIFEX MAXIME, summo omnium plausu in Petri Cathedram evecta, habita fuit in Palatio Apostolico Quirinali *die* 7. *Julii* 1829. Congregatio Præparatoria SS. Rituum, in eaque instauratum eorumdem Miraculorum examen.

10 Nil

10 Nil itaque modo reliquum superest, quam ut habeatur Congregatio Generalis coram SACTITATE VESTRA super Dubio jam cum R. P. Fidei Promotore concordato.

An, et de quibus Miraculis constet post indultam ab Apostolica Sede Venerationem, in casu, et ad effectum de quo agitur?

C. Card. Odescalchi Causae Relator

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

NUCERINA PAGANORUM

CANONIZATIONIS

B. ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO

Fundatoris Congregationis SSmi Redemptoris, ac olim Episcopi S. Agathæ Gothorum.

NOVISSIMÆ

ANIMADVERSIONES

R. P. PROMOTORIS FIDEI

SUPER DUBIO

An, et de quibus miraculis constet post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem in casu, et ad effectum, de quo agitur?

BEATISSIME PATER

1. Tertiò ad examen redeunt Sanationes duæ, quæ tamquam prodigiosæ proponuntur, ad effectum Canonizationis B. ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO; novisque eæ redeunt suffultæ præsidiis, judicio nempe in salutari arte Peritorum, qui consulti pro veritate sunt, id quod in anteactis Comitiis requirebatur. Quænam adhuc tamen occurrant difficultates, aut dubitandi rationes, eæ mihi omnes pro mei ratione muneris diligenter efferendæ in medium sunt.

MIRACULUM I.

Subitæ perfectæque sanationis Antoniæ Tarzia gravi pondere in præcipiti lapsu oppressæ a lethali abdominis contusione, intestinorum læsione, Fœmorisque dexteri luxatione, Beato Alphonso de Ligorio apparente, viribusque illico restitutis.

2. Præcipitem lapsum, sicuti, et quæ tamquam suis cognita sensibus Testes narrant sequentis morbi symptomata, nimirum febrim, convulsiones, amissionem sensuum, intestinorum debilitatem, lactis cessationem, et hujusmodi forsan alia, quæ hysterismi effectus esse solent ex violenta commotione, quam præceps Tarziæ lapsus effecit, hæc, inquam, omnia facile admittemus; satis quippe probati Testes. Quæ autem præterea ipsi, Peritive conijciunt, seu judicant de abdominis contusione, aut intestinorum læsione; luxationeque præsertim fæmoris, tamquam non æque certo cognita, non item facile videntur admittenda.

3. Nam in ea, quam dicunt, contusione post atoniæ periodum, quæ ex Schenidio = *durar suole dieci a diciotto ore* =, periodus altera inflammationis succedit, in qua ægrotos miserrime divexatus sentit = *dolor pungente, e lacerante* =, ad ea, quæ docet *Monteggia part. 2. Sess. 1. Cap. 9. num. 497. et 481.*; Quin imo, ut scitè advertit *Heisterus part. 1. lib. 1. cap. 15. num. 6.* = *Ubi circa ventrem sive abdomen contusio quædam vehementior accidit, abesse vix solet, quin vomitus cruentus superveniat* = Cum igitur in casu hæc deficiant omnia, eumque nihil de atonia, nihil de dolore lacerante habeamus, nihil de cruento vomitu, perperam ex sola præcipitantia in lapsu, ejusque adjunctis arguit Peritus contusionem abdominis, deficientibus certioribus contusionis ejusmodi signis, et symptomatibus.

4. Idem dicas de alio morbo, hoc est de luxatione fæmoris. Luxatum enim fæmur ideo Peritus pro veritate consultus se dicit credere, quia curæ Medicus asseruit se oculis, et tactu luxationem deprehendisse = *di cui mi accertai* (ita Medicus) *tanto con vista, che col tatto* = *Sum. pag. 5. sub. §. 23.*, ex quibus nimirum Medici verbis Peritus infert; ipsum Medicum nedum fæmoris caput tentasse manu, sed etiam infirmæ pedes comparasse, ut agnosceret, an alter alterius longior esset. Verum de hoc tali experimento nihil Medicus; perperamque Peritus conjectatur tamquam factum id, quod faciendum fuisset; neque cæterum in conductitio Oppiduli medico supponere cum facile possumus diligentiam, et peritiam, qua vix pollent præcipuarum Urbium principes Medici. Audiendus est hoc loci *Heisterus part. I. lib. 3. Cap. 10. num. 1.* = *Vulgo* (inquit) *crediderunt Medici . . . . fæmoris caput ex sinu suo excidere . . . . , ac tantum abest, ut fæmoris caput fa-*

facili prolabatur, ut frequentius multo faciliusque collum ejus diffringatur = Quin imo (idem subdit) *etiamsi incidere non-numquam hujusmodi casus possint . . . fere tamen semper interna potius quam externa causa quædam subest.*

5 Sæpe autem in fæmore commotiones quædam accidunt, quæ perfectam luxationem specie tantum exhibent; ut ex *Boyer* advertit *Monteggia Inst. Chir. part.* 2. *num.* 984 = ibi = *che il capo del femore molte volte non faccia che avvicinarsi all' eminenza ilio-pettinea senza molto scostarsi dalla cavità cotiloide* = Neque præterenda est illa læsio, quam *Monteggia ibid. num.* 1078 *vocat* = *Storta, o contorcimento* = quæ contingit, ut ipse ait = *per caduta, sforzo, o altra violenza esteriore SIMILE A QUELLA, CHE PRODUCE LE LUSSAZIONI . . . . . colla differenza, che nella storta le ossa SMOSSE OLTRE IL LORO SITO NATURALE e QUASI portate alla lussazione, ritornano del tutto o in gran parte al loro sito; tuttavia o per non essersi totalmente raddrizzato l'osso nella sua sede, e direzione o per qualche lacerazione dei legamenti, o per disuguale azione de' musculi distratti, e indeboliti da una parte, ovvero troppo irritati e contratti dall' altra, o per dislocamento dei tendini, SUOLE DI SPESSO l'articolo rimanere in una posizione diversa dalla naturale.*

6 Ecquis autem inter has ambages non jure dubitare in casu poterit; an Antonia Terzia vera laboraverit fæmoris luxatione; præsertim cum incerti simus, an curæ Medicus illa vere inverit experimenta, unde certior deprehendi cognoscique luxatio similis possit? Sola vel ipsa ossis fæmoris descriptio satis per se dubiam, ni fallimur, facit rem = *Fæmoris enim, ut humeri os* (ita sinit J. F. Amblanat de naturali parte Medicinæ lib. 1. Cap. 3. pag. 156.) *est singulare, cujus pars summa cervicem habet exertam, quæ tamen intro conversa in coxendicis acetabulum reconditur. Ab ea cervice exigui duo manant processus : majorum qui fores exilit, alii γλουθοι idest nates, alii τροχαντηρα magnum dixerunt, minorem vero τροχαντηρα parvum. Extremum inferius tuberculis est discretum duobus, quibus cruri cohæret.*

7 Adde autem ad hæc reliquorum Testium silentium sive de contusione, sive de luxatione, ita quidem, ut Chirurgus asserere debuerit, quod = *insistendo gli Astanti di osservarla, e vedere se vi era rottura di ossa, o altro, non stimai di muoverla* (cum esset *coricata alla supina e priva di senso*) *mediante la debolezza, in cui si trovava* = *Summ. pag.* 12 §. 74. ex quibus ipsis satis per se patet, et nihil cognitum vere fuisse nec *di rottura di ossa*, nec *di altro*, et cognosci reipsa nihil potuisse, immota cum infirma sine sensu jaceret *alla supina*. Unde et fides infirmari videtur Medici, qui licet non satis memor post annos novem, asserit tamen (atque in hoc Medici dicto omne denique stat fundamentum miraculi) quod= *osservai . . . . una lussazione nel femore, di cui mi accertai*

 (im-

(immota licet, ceu, dicebamus, infirma) *tanto con vista che col tatto, avendo trovato il capo dell' osso fuori dell' acetabolo, che NON MI RICORDO se fu il destro, o il sinistro per lo passaggio di ANNI NOVE* = *Summ. pag.* 5.

8 Tandem ad modum, quod attinet, sanationis, cum eam et subitam et perfectam fuisse satis constet, non æque tamen constare videtur de apparitione Beati, quæ in titulo subjungitur. De ea enim non alias docemur, quam ex relatione Mulieris Sanatæ, quæ destituta sensibus videre sibi visa est, suaque sibi nimirum finxit imaginatione = *una persona che PENSAI ESSERE lo Santo Padre Beato Alphonso* = Hinc vestes describit, quibus, induta erat *sta Persona*, et nimirum con *sorpentizza bianca, e mozzetta russa, con un baculo nelle mani, e alla capa na mitra, e vicino a sta Persona unu piccillinnuzzo che portava alle mani una carta scritta con caratteri russi* = *Summ. pag.* 3. §. 8. *ad* 11. Hæc inquam, describit minutim omnia; de persona tamen ipsa, quod caput est, ejusve forma, ne verbum quidem. Incerta enim vero res, de qua vel ipsa sanata dubitasse videtur verbis illis = *Pensai che fosse* = vel ut inquit in sua attestatione Parochus = *ella CREDE' il Beato Alfonso Summ. pag.* 8. *in princip.* Et ceterum, ut ne ce simili satis per se dubia apparitione solliciti admodum esse debeamus, praxis facit consultissima Sac. Congregationis, *in miraculi approbatione silentio, ut plurimum prætereundi apparitiones Servorum Dei, et Beatorum* = de qua praxi Benedictus XIV. *de Beatif. lib.* 3. *Cap.* 5. *num.* 15. Quin contra faciant aut exempla, quæ producuntur aliqua, aut ipsius Pontificis Benedicti Doctrina per Postulationem allegata p. 1. cap. 32. §. 14., ubi docet, quod = *admissa MIRACULI LOCO apparitione Servi Dei, vel Beati, miraculi hujusmodi haberi ratio possit in judicio Beatificationis et Canonizationis* = Ab exemplis enim aliquibus singulari quodam in casu non destruitur praxis generalis. Numquam autem Benedictus praxim reprobat dum eam laudat; et citato loco expressè de casu loquitur, quo *miraculi loco* apparitiones proponantur, non item de aliis, quæ proponuntur *in miraculi approbatione*; cum in primo casu judicium de apparitionis miraculo necessarium sit, in altero non item necessarium; in primo rursus substantia miraculi in ipsa stet apparitione; in altero vero stet in sanatione; in primo denique non obstet probata contraria praxis, in altero obstet.

MI-

MIRACULUM II.

Instantaneae perfectaeque sanationis Fratris Petri Canali Laici Professi Congregationis Camaldulensium ab ulcere sinuoso, fistuloso, calloso, et cariosa in sterno.

9 Hæc altera sanatio miraculi speciem propius exhibet. In re tamen, quam agimus, gravissima, difficultates discutiendæ cribrandæque sunt omnes. Et primum difficultatem creat genus medicamentorum, quæ sibi sua sponte applicuisse sanatus narrat paulo ante sanationem, nimirum *empiastro di pane bollito con latte, con filacci e cerotto, Summ. pag. 62. §. 374. et pag 67. §. 423.* Atqui hoc tale remedium emolliens et abstergens, uti omnium aptissimum, a salutaris artis Magistris in ulceribus præsertim callosis, et cariosis præscribitur, teste clariss. *Monteggia part. 1. cap. 15. dell'ulceri num. 630.* = ibi = *Desault non curava le ulceri callose, che premettendo per qualche giorno i cataplasmi emollienti, indi coprendo gli orli con liste di cerotto, ed il rimanente della piaga con sfili asciutti* = et *num. 648.* = ibi = *la guarigione di semplici seni si può talvolta ottenere, esprimendone con discrezione, e frequenza la materia; al che può contribuire una ben diretta compressione per mezzo di fascie, tenendo nello stesso tempo aperto l'orificio con breve rotonda di sfili* = Ac tandem *cap. 14.* cujus epigraphes hæc est = *vizj dell'ossa*, ita prosequitur idem auctor *num. 531.* = *La cura della carie viene effettuata in gran parte dalla natura* = et *num. 533.* = *Per ciò che riguarda la cura locale della carie molte volte BASTA lavarla con acqua tepida ed APPLICARVI SENZA ASCIUTTE.*

10 Dum igitur in morbo, de quo agitur, similibus adjuta remediis ipsa sibi opitulari natura potuit, nihil est, aut certe necesse non est, quod ad miraculum confugimus. Quin reponi recte queat remedia a Fratre Petro adhibita sensim quidem proficere potuisse, non extemplo sanare ulcus, quod pessimæ erat indolis? Ecquis nos enim de extremo ulceris statu certiores reddit? Ipse videlicet Frater Petrus? Sed is, ad sensum Periti de hoc miraculo consulti num. 37.; illis similis erat, *qui dum loquuntur se prorsus loqui non posse, et dum moventur se motum amisisse conqueruntur* = Facit vel ipsa Petri agendi ratio, unde et alia etiam exurgit causæ difficultas in ipsa statuenda gravitate et natura morbi. Narrat enim se sanatum = *mentre servivo Messa nella Chiesa del Monastero* = Hæc autem pia et sancta actio in pubblica Ecclesia nec decens fuisset, neque vero concipi facile potest in eo, qui ulcere laborans fistuloso scirrhoso calloso, et carioso pro conclamato haberetur. Pueri, inquiunt, debiles licet, Missis inserviunt. Debiles quidem, sed non qui suorum membrorum carent usu, multoque minus, qui respirandi difficulta-

te

te, pectoriqûe pressi angustia, morti habeantur proximi, quilis noster describitur Frater Petrus. Unde facilis admodum conjectura est, non tam gravi, quantum dicitur, eum laborasse morbo, aut jam tum cum Missæ inserviens sanatus dicitur, a sua gravitate morbum ipsum deferbuisse.

11 Et quidem, id quod denique animadversione dignum videri potest, si ad ultimum morbi statum, ut fieri debet, diligenter advertamus animum, non unum (mirum quod sit) de hoc ultimo statu, qui vel unice, vel in primis inspiciendus est, habemus in Summario Testem. Cum enim Testes plerique omnes non aliam habeant, quam assignent suæ scientiæ causam, quam *per aver sentito dire*, et *per le relazioni che mi venivano fatte dai Professori* = hoc est a Chirurgis duobus *Rolli* et *Verzullini*, qui curabant ægrotum, tum vero hoc accedit causæ incommodum, Chirurgos ipsos longo ante sanationem tempore, et per mensem et ultra a visitando infirmo se abstinuisse, ita ut ne ab iis quidem resciri hic ultimus queat status morbi; nisi quod vel ex ipsa eorum incuria argumentum licet sumere melioris valetudinis. Fortius ex virtute pharmacorum, quæ sibi semper Sanatum vidimus, et ea satis valida, applicuisse. Fortiusque etiam demum, dum in novissima sua visitatione Chirurgus Rolli animadvertit *il male nello stato medesimo dell' ULTIMA visita* =, in qua vidisse dixerat = *cicatrizzata la descritta piaga* =, nec aliud restare a morbo, quam = *un seno della circonferenza di due, o tre linee aperto, fistoloso, gemente marcie* = *Summ. pag.* 1. §§. 483. 485. *et* 487.; ita ut omnia excludere videantur in ultimo statu gravitatem illam morbi, quæ necessario ducat ad concludendum in sanatione miraculum.

Quæ dicta sint sub censura etc. salvo etc.

Virg. Pescetelli S.Fidei Promotor.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

NUCERINA PAGANORUM

CANONIZATIONIS

B. ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO

Fundatoris Congregationis SSmi Redemptoris, ac olim Episcopi S. Agathæ Gothorum.

RESPONSIO

AD NOVISSIMAS

ANIMADVERSIONES

R. P. PROMOTORIS FIDEI

SUPER DUBIO

An, et de quibus miraculis constet post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem in casu, et ad effectum, de quo agitur?

BEATISSIME PATER

1. Quæ duæ res Sanctum in Ecclesia constituunt, Virtutes, ac Miracula, eæ ambæ in nobilissima Causa B. ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO adeo claræ doctissimorum Suffragantium oculis occurrerunt, ut earum judicium coram PONTIFICE MAXIMO unis dumtaxat censuris, atque vindiciis in anteactis actionibus editis, et aliis præterea nullis, finitum jure

 dici

dici possit, fausteque absolutum. Si enim cum de Virtutibus quærebatur *in Præparatoriis Comitiis ita evanescere omnes difficultates visæ sunt, ut nihil amplius opponi potuerit adhuc perpendendum in postrema Congregatione Generali, quæ de more convocare oportebat. Hæc tamen convocata fuit, et tam Rmi Cardinales, quam amplissimi Consultores concordi voce virtutes V. S. D. Alphonsi Mariæ de Ligorio culmen heroicitatis attigisse asserere non dubitarunt*; ceu totidem verbis Ecclesiæ universæ vulgatum voluit sa. me. Pius VII. in Decreto de ejsdem Virtutibus edito *nonis Maji* 1807. Id idem factum in Præparatoriis Comitiis habitis de Miraculis, quæ ad ejus Canonizationem hodierna die proponuntur, facile ex oppositis exceptionibus intelligimus. Eæ quippe vel eædem sunt jam tertio repetitæ, quas in præteritis vindiciis prælo datis cumulate diluimus, vel abs re, factique historia excitatæ; ita ut affirmare tuto possimus absque ullis novis censuris quæstionem hanc de Miraculis in SACRATISSIMI PRINCIPIS conspectum venire, quemadmodum et alia venit de Virtutibus. Una enim, eademque res est novas nullas animadversiones objicere, ac semel iterumque solutas vel integre repetere, vel adeo levibus argumentis oppugnare, ut a Sapiente Philosopho ea *nullis* æquiparentur. Quod quidem doctissimi Judices ex iis, quæ dicturi sumus, facili negocio percipient.

MIRACULUM I.

Subitæ perfectæque sanationis Antoniæ Tarzia gravi pondere in præcipiti lapsu oppressæ a lethali abdominis contusione, intestinorum læsione, Fæmorisque dexteri luxatione, Beato Alphonso de Ligorio apparente, viribusque illico restitutis.

1. *Si quidquid demonstratæ rei adjicitur satis demonstratæ FRUSTRA EST*; ceu monet Ulpianus *leg.* 1. §. *Fin ff. de dot. præleg.* = *Si nimium SUBTILIZARE, ubi est res clara, NIHIL ALIUD EST, QUAM PERNICIOSE ERRARE* =; uti advertit Mantica *de Conjectur. lib.* 12. *tit.* 17. *num.* 3.; quid dicendum, si de re non modo per se clara, verum etiam repetitis vindiciis, atque Peritorum ex celebrioribus Urbis diligenti examine, judicioque meridiana in luce jam posita, adhuc in postremis hisce Comitiis, in quibus brevitas Summi Pontificis præsentiam decet, ad oppugnandum dumtaxat, vel ea quærantur, quæ in exhibito *Summario* legentibus patent, vel Medicæ artis theoremata communiter recepta revocentur in dubium, vel ipsa Scriptorum mens in contrariam sententiam extorquatur?
3. Ita sane; inter doctissimorum Judicum plausus constabilita jam indole, et gravitate morbi, qua Antonia Tarzia excedebat e vivis,

vis, nisi B. Ligorius e Cœlo delapsus eam sua visione sanasset, ex Sapientissimis ipsis Suffragatoribus unus, vel alter, licet febrim, convulsiones, amissionem sensuum, intestinorum debilitatem, lactis cessationem, et ejusmodi alia admittat, haud tamen æque certo cognita sibi suasit, quæ de abdominis contusione, intestinorum læsione, et luxatione præsertim Fœmoris Testes enarrant. *Animad.* §. 2. *ANIMAD.* §. 2.

4. Eccur? Quia, ait ille, in viscerum contusione post atoniæ periodum, quæ ex Schmidt = *durar suole dieci, o dieciotto ore* =, periodus alter inflammationis succedit, in qua ægrotus miserrime divexatus dolorem sentit = *pungente, e lacerante* = ad ea quæ docet *Monteggia etc.* nec non cruentus vomitus, qui juxta *Heisterum* abesse vix solet; collegitque propterea deficiente in hac facti specie Atonia, dolore lacerante, cruentoque vomitu, perperam ex una præcipitantia in lapsu, ejusque adjunctis, arguisse Peritum de sententia ex officio rogatum contusionem abdominis *Animad.* §. 3. *ANIMAD.* §. 3.

5 Quamquam maxime commendanda ejus animi religio sit, qui ad extremum usque his in Causis excipit, minus tamen solida videtur exceptio, si eorum symptomatum deficientiæ innitatur, quæ clare leguntur in Actis. Non Peritus quidem pro veritate scribens ex sola præcipitantia in lapsu, ejusque adjunctis lethalem abdominis contusionem arguit, quemadmodum Animadversio supponit, sed ex omnibus singulisque symptomatibus; ceu videre est *in suo Voto* § 40. *et seq.* Et sane si *Monteggia* duas in contusionibus periodos novit, primum *Atoniæ*, postremum *Inflammationis*, qui *SUMMARIUM* legit, duas hasce periodos descriptas inveniet. Et primo quidem idem *Monteggia* docuit, ventris, pectorisque contusionis causam præ omnis imprimis habendam *Instit. Chirurg. part. 2. cap. 9. exadv. cit.* §. 696. = ibi = *Le cagioni capaci di produrre COMMOZIONE IMMEDIATA DE' VISCERI del petto, e del ventre, sono IL CADERE DA UNA CONSIDEREVOLE ALTEZZA sulla parte anteriore del torace, o sopra uno de lati, o SUL DORSO . . .* Gressum deinde faciens ad symptomata, sive periodos seq. num. 697. = *I sintomi delle interne commozioni, di cui si tratta, sono da SCHMIDT distinte in due periodi, il periodo di Atonia, che durar suole dieci, o dieciott' ore dopo la comozione, ed il secondo, che si manifesta con sintomi infiammatori, viene da esso chiamato periodo d'infiammazione.* = Et num. 700. = *Nella commozione del petto insieme, e del ventre durante nel periodo di Atonia si osserva uno STATO DI LANGUORE . . . ventre tumido, dolore al luogo, che ricevette l'offesa, polso piccolo, e intermittente, estremità fredde, et il malato conserva i sensi, quantunque giaccia quasi moribondo.*

6 Nonne hæc ipsa leguntur in Actis? Antequam vero ad postremum Inflammationis periodum progrediamur, oportet, ut primum ipsum *Atoniæ* periodum graphice *IN SUMMARIO* descriptum excribamus, cujus symptomata ex objecto Mon-

teggia esse novimus *loc. cit.* languorem, lypthomiam sive deliquium, dolorem in affecta parte, anxietatem, pulsusque debilitatem,

De primo Atoniæ periodo

7 Sanata Sum. pag. 3. §. 2. = *Caddi alla supina a terra col peso del Grano sopra la pancia dall' altezza di circa otto, o nove palmi. Io SVENNI, e MEZZA MORTA fui nel calpo, che ricevei nella caduta . . . , mi pasero nel letto tutta sconquassata, che APPENA mi ricordo* = Et §. 4. = *Durante la mia infermità stiedi sempre alla supina nel medesimo sito, ove dietra la caduta mi posero.*

Medicus Sum. pag. 5. §. 20. = *In occasione della caduta dal suffitto dell' altezza di palmi nove circa . . . . la trovai al letto in sito orizontale.* Et §. 21. *Ritrovai l' addome intero alterato nell' esterno SENSIBILE DOLORE nelle viscere intere addominali in modo, che nel semplice tatto la paziente soffriva DELLE GRANDI MOLESTIE . . . . Al momento mi decisi per il Salasso* (juxta Monteggia) pag. 6. §. 35. *Il latte era svanito.*

Chirurgus Sum. pag. 12. §. 74. = *Cadde alla supina etc. mi accostai al suo letticciolo per osservare l' Inferma, e l' asservai CON POLSI DEBOLI, coricata alla supina, e PRIVA DI SENSO.*

VII. Testis Sum. pag. 15. §. 89. = *Appena caduto da un suffitto etc la viddi co' proprj occhi giacere supina, ed ABBANDONATA, soggiungendomi, che era QUASI MORTA . . Non era capace di prender cibo alcuno, giacchè appena l' inghiottiva, lo mandava via per secesso nello stato, in cui lo mangiava.*

XIII. Testis Sum. pag. 23. §. 135. = *Trovandomi nella sua Casetta all' improviso cadde di botto a terra col peso del Grano sul petto, e gridò* = Son morta son morta = *troncando la voce, e NON POTENDO PIU' PARLARE* = Et §. 138. = *Così ABBATTUTA DI FORZE cercavamo di sollevarla.*

XIV. Testis *Sonalæ Vir* Sum. pag. 25. §. 155. = *Oppressa dal peso venne a cadere a terra a guisa di una pietra di Molino etc. cadde alla supina etc accorsimo al momento, ed ella SENZA SENSI* = Et §. 157. = *Io medesimo non gli domandai come si sentiva, mancandole la percezzione delle idee.*

XVIII. Sum. *de visu* pag. 35. §. 219. *La trovai stordita, e SOPITA, senza poter parlare, giacente alla supina nel letto, e domandata più volte da me che si sentiva, a stenti mi potè dire;* Signora Mariangela; sono morta.

8 Quid mehercule sibi vult integra virium deficientia, quid motus muscularis impotentia, quid supinus constans decubitus, quid facultatum intellectualium imbecillitas, quid omnimoda digestionis, ventriculi, ac duodenalis abolitio, quid egestio omnis alimentitiæ substantiæ per anum eadem natura, qua per os fuerant ingesta? Nonne sunt hæc omnia extremæ Atoniæ

niæ consectaria? Paralysis omnium nervorum post contusionem miseræ contigit, uti demonstratum a Nobis fuit. Quid est vero paralysis, nisi extremus Atoniæ gradus?

De Periodo Inflammatorio

9 De inflammationis periodo objectus Monteggia scribens hæc symptomata tradidit, loc exadv. cit. num. 701. = ibi = *Nel periodo poi d' infiammazione incomincia un accesso di FREDDO FEBRILE con successivo calore etc. IL VISO si fa ROSSEGGIANTE, IL RESPIRO PIU' CORTO, e doloroso, e fatto più co' muscoli del Collo, che col petto, e col ventre DOLOR pugente, e lacerante al petto, e al ventre, l' infermo non può giacere che sul dorso* = Et num. 702 = *Queste commozioni variano dal grado più leggiero al più forte.*

10 Nonne omnia hæc, imo vero potiora inflammationis symptomata in Summario leguntur? *SENSIBILE DOLORE nelle viscere intere addominali, in modo che nel semplice tatto la paziente soffriva delle grandi molestie*; et in postrema periodo, *il DOLORE era SENSIBILISSIMO = Sviluppata LA FEBBRE interrotta spesso spesso da BRIVIDI DI FREDDO = Segni, che indicavano infiammazione = ADDOME GONFIO oltremodo = VICINA GANGRENA = GRANDE AFFANNO = sudori che scendevano dalla fronte = gl' intestini facevano manifestamente vedere L' INFIAMMO = il male progrediva o passi di gigante = aveva gli occhi quasi oscurati = prossima alla morte, COLLA FACCIA ROSSA = piena di convulsioni, e fuori di senso = da un momento all' altro andava a terminare i suoi giorni = un tremore, un vaniloquio, un contorcimento irregolarissimo, segni tutti, che dimostravano vicina la sua morte* = Nonne hæc omnia in Summario leguntur? Falso ergo supposito exceptio de eorum delectu laborat. Ita sane in Summario...

Medicus Sum. pag. 5. §. 26. = *Via facendo da un momento all'altro impervertiva la malattia, L' ADDOME GONFIO OLTREMODO, e nell'esterno illivido, rendendo sempre più inutili i mezzi dell' Arte, prima d' ogni altra operazione le feci chiamare il Parroco, molto più, che essendosi sviluppato LA FEBBRE interrotta spesso spesso da BRIVIDI DI FREDDO, segni tutti, che da vicino indicavano INFIAMMAZIONE ec. osservando la SOVERCHIA VITA delle viscere addominali, che indicavano la VICINA GANGRENA ec. vedendo, che tutto era a stento, e che DA UN MOMENTO ALL'ALTRO l'infelice paziente ANDAVA A TERMINARE I SUOI GIORNI, credei frustraneo ogni altro mezzo, tanto più, che la sensibilità nel tubo intestinale era così notabile, che al momento se gli prestava qualche lieve soccorso . . . al momento stesso, trovandomi presente coi miei propri occhi vidi, che l'esito di detti MATERIALI, LI SCARICAVA DALLE PARTI INFERIORI, E LE URINE similmente NELLO STATO DI CRUDITA', e l' ultima sera, che l' abbando-*

donai in detto luttuoso stato, credendo la notte seguente la di lei morte ec. Et pag. 6. §. 36. = *Non poteva LA STESSA GUARIRE SE NON PER MEZZO DI UN MIRACOLO:* Et §. 38. = *Ciò è stato un miracolo.*

Sanata Summ. pag. 3. §. 5. = *Peggiorava da momento in momento* = Et §. 5. = *I sintomi del male si avanzavano, e mia Sorella Rosa Tarzia per quanto mi ricordo, mi asciuttava con un fazzoletto I SUDORI, che mi scendevano dalla fronte, ma un GRANDE AFFANNO mi sentivo NEL PETTO, e giudicai, che mi usciva l'anima in quell'AFFANNO, e mi sentiva tutta convulsa. In mezzo a questi patimenti ec.* Et §. 11. *Mi raccomandavano l'anima* = Et pag. 4. post §. 15. = *Pochi momenti, ed intervalli avea di ragione nel corso del male.*

Parochus Summ. pag. 7. §. 40. = *L'addome, e le intiere viscere ivi giacenti, sopratutto gl'intestini tenui, e propriamente l'ileon facevano manifestamente VEDERE L'INFIAMMO, e i segni non equivoci di una VICINA MORTE ec. IL DOLORE era SENSIBILISSIMO, e gl' intestini non operavano le loro solite funzioni, in maniera tale, che essendoci dato del cibo, e de frutti, ipso actu ne seguiva la deglutizione, istantaneamente se ne vedeva l'esito per secesso ec. In questo stato di cose il Dottor Fisico D. Gaetano Ricca di questa Città, colla Madre e Sorelle conoscendo VICINA LA MORTE della paziente, m' invitarono ad assisterla, e somministrargli gli ultimi Sagramenti . . . . Le ho amministrato il Sagramento della S. Penitenza, quindi verso le ore 21. del medesimo giorno (2. Agosto) avendo parlato col Dottor Fisico Signor Ricca, mi assicurò, che IL MALE PROGREDIVA A PASSI DI GIGANTE, per cui era regolare di amministrarle gli altri Sagramenti. Così infatti avvenne ec. Ho veduto la paziente in tale occasione assalita da forti convulsioni, e da un tremore sopraggiunto in mia presenza nel braccio destro, oltre di un vaniloquio, ed un' contorcimento irregolarissimo nelle dita delle mani, segni tutti, che dimostravano vicina la sua morte* = Et §. 45. = *AVEVA GLI OCCHI QUASI OSCURATI, e che confusamente le se rappresentavano gli oggetti ec. letargo mortale* = Et pag. 9. §. 54. = *Dottor Fisico D. Gaetano Ricca m'assicurò esser la malattia incurabile, per cui mi sono affrettato a darle gli ultimi Sagramenti cogli altri ajuti spirituali, avendo osservata l'allora inferma GIA' MORIBONDA, e che le medicine a lei applicate non le fecero verun giovamento* = Et pag. 10. §. 56. = *Soffrì pel corso della suddetta giornata delle smanie indicibili, de deliquj, e de vaniloquj, e de tremori nel braccio destro ec. per la contusione del ventre nelle viscere per l'INFIAMMAZIONE* = Et §. 59. = *La Sanata era lattante, dopo la caduta sparì il latte* = Et §. 59. = *Sudetto Signor Dottor Fisico Ricca mi domandò se l'ammalata era morta.*

XIII. Testis de visu Summ. pag. 23. §. 141. = *Peggiorava*

da

da momento a momento, per cui nel terzo giorno della caduta, che fu Sabato, per ordine del Medico le furono amministrati i Sagramenti . . . intanto avanzandosi nel giorno di Sabato i parosismi, le convulsioni, e smanie, si contorceva nelle mani e braccia, che erano convulse, si credeva, che da momento in momento esalasse lo spirito ec. tutta freddola, ella non dava segno alcuno di conoscenza = Et pag. 24. §. 151. = *Il Medico Signor Ricca vedendola peggiorare, e senza speranza di vita ci diceva: ajutatela, perchè non ho che farci, ELLA E' MORTA.*

XVII. Testis *Sanatæ Soror* Summ. pag. 33. §. 210. = *Vedendola prossima alla morte COLLA FACCIA ROSSA, piena di convulsioni, e fuori di sensi.*

De reliquis Objectis.

11 Dixerit quidem Heisterus in internis contusionibus abesse *vix solere*, quin vomitus cruentus superveniat *Animad.* §. 3., neminem tamen latet, non omnia, et singula symptomata, quæ Scriptores enumerant, singula æque omnia univoca esse, et characteristica illius morbi, de quo ipsi loquuntur, sed eos tradere consuevisse, quæ pro diversa ægri temperie, ætate, et causa possunt accidere. Vomitus revera cruentus in abdominis contusionibus symptoma essentiale non est, sed adventitium, quod vel ipsa particula *vix* ab Heistero usurpata demonstrat, quæ licet rei difficultatem indicet, possibilitatem tamen non excludit, ut *in Cap. Hujus placiti ubi Glossa* 12. 9. 2. *Cap.* 2. *de Cognat. spirit libro* 6. Barbosa Tract. Var. *Diction.* 426. = ibi = *VIX, illud dicitur vix fieri, QUOD FIERI POTEST, licet cum difficultate.* Et revera in re nostra, si contundentis corporis actio præcipua in ventriculi regione exerceatur, facile tunc vomitus cruentus supervenit; At si majus actionis momentum sub epigastrio accidat, cruentus vomitus deest. Licet enim ex contusis, et paraliticis vasis sanguis effundatur, reactione tamen deperdita haud illum sursum emittunt, ut evomatur, propterea que stagnat interius; ceu præ cæteris docet *Monteggia*, cui Animadversio litat, *loc exadv. cit.* num. 703. = ibi = *Riflettendo, come nel primo periodo si fan debolmente le funzioni delle parti commosse, e i vasi resi paralitici, lasciano uscire talvolta fin dal principio un po di sangue dalle loro indebolite boccuccie, quindi non reaggendo debitamente sopra il sangue stesso, IL LASCIANO ENTRO SE STESSI ACCUMULARE, E STAGNARE.*

ANIMAD. §. 3.

12 Cum vero non ex uno verbo, sed ex toto sermonis contextu, juxta Hermeneuticæ regulas, Scriptoris mentem assequi debeamus, objecti ipsius Heisteri mens est, non semper in internis contusionibus sanguinem per os effundi debere, sed illum posse etiam internis in vasis stagnare. Alterutrum quippe fieri posse docet, vel sanguinis profusionem, vel stagnationem pro varia læsarum partium læsionis indole. Ita ille *Chirurg. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 15 *num.* 16. *exadv. cit.* 2 ibi = *Ubi autem partes quædam interiores collisæ per contusionem sunt, QUAM MAXIME VARIA, eademque PRO PARTIUM LÆSARUM,*

ipsi-

ipsiusque LÆSIONIS INDOLE periculosa supervenire solent incommoda. Cujusmodi quidem sunt inflammationes, venarum distractiones, SANGUINIS PROFUSIONES atque STAGNATIONES, corruptiones, gangrenæ etc. Ita punctim in hac facti specie evenisse legimus; effusum nimirum in abdominis vasis sanguinem, in ipsis remansisse stagnatum, et naturalem cutis colorem in atrum, lividum, nigrumque immutasse, ut *in Sum. pag.* 5. §. 21. = *L'addome intero alterato nell' esterno* = §. 26. = *L'addome gonfiò oltremodo, e nell'esterno ILLIVIDITO. Summ. pag.* 30. §. 188. = *Gonfio, e NERO, che faceva paura a vederlo* = pag. 33. §. 208. = *Il ventre da sopra a basso ILLIVIDITO, BRUTTO, e gonfiato ec.*

13 Hunc profecto livorem, negritiemque, non vero cruentum vomitum, veluti pathognomonicum internæ contusionis signum idem tradit Heisterus *loc. exadv. cit. num.* 6. = ibi = *Explorari autem vexata, sive contusiones, quam commodissime possunt* 1. *vel IPSO ASPECTU, sicuti scilicet exteriores partes contusionem passæ fuerunt, scilicet TUMORES subnascuntur, COLORESQUE inusitati, dum læsa pars primo ruborem, vel NIGROREM contrahat, iisdemque mutatis, LIVIDA, flava, viridis, mox NIGRIGANS iterum oppareat etc. Denique haud prorsus incerta contusionis indicia desumi posse videntur ex LÆSIONIS et instrumento, et modo, seu VEHEMENTIA. Sed quæ tandem partes interiores per contusionem læsæ fuerint, id quidem, cum ex ipsius contusionis loco, tum et vel maxime ex malis accidentibus IMPEDITISQUE, aut PRORSUS TURBATIS membrorum ACTIONIBUS divinandum, statuendumque est.* Quoad prognosim vero, ita docet num. 8. = ibi = *Partium internarum contusio, mirum quantum periculosa plerumque est, atque hoc magis SEMPER LETHIFERA, quo GRAVIOR CONTUSIO, quoque major partium contusarum NOBILITAS, ET AD VITAM NECESSITAS.*

ANIMAD. §. 4. 14 Hactenus demonstravimus allata argumenta ad infirmandam Diagnosim internæ abdominis contusionis, vel ipsis Causæ Actis adversari, vel ex Heisteri verbis ex toto illius contextu excerptis ad arguendum dumtaxat fuisse subtiliter ducta. Germana iis alia sunt, quæ de fœmoris luxatione objiciuntur. Redarguitur quidem Peritus, qui pro veritate scripsit, fidem suam præstasse Curæ Medico asserenti visu, tactuque luxationem deprehendisse; atque supposuisse Medicum illum fœmoris caput tentasse manu, et infirmæ pedes comparasse, ut agnosceret, an alter altero longior esset *Animad.* §. 4, Non Peritus quidem, sed Animadversionis auctor coniectatur, Medicum non fœmoris caput tentasse manu, Legatur quæso Summarium *loc. exadv. cit. pag.* 5. §. 23. = ibi = *Osservai ancora, che per la detta causa avvenne una lussazione nel femore, di cui mi accertai TANTO CON VISTA, CHE COL TATTO* (si col tatto, ergo manu) *AVENDO TROVATO IL CAPO DELL'OSSO FUORI DELL'ACETABOLO.* Quid quæ-

quæso clarius? Si verba hæc: *col tatto avendo trovato il capo dell'osso fuori dell'acetabolo* non significant Medicum fœmoris caput tentasse manu, Causa libenter cado.

15 Hoc profecto experimentum est ab Arte præscriptum ad fœmoris luxationem noscendam: apud Svvietenum ad *Aphor.* 365. = ibi = *UT CONSTET DE LUXATIONE articuli cujusdam, primo INQUIRITUR, an talis CAUSA præcesserit, a cujus vi et impetu articulus sua sede expelli potuisset, sive hæc vis externa fuerit, sive interna in cavo articuli nata etc. sedulo inquiritur, an illa SIGNA adsint, quæ luxationem factam docent. PRIMARIA sunt tumor præternaturalis ob caput articuli elapsi alieno loco positum, et cavitas insueta in illo loco, quem naturaliter caput ossis elapsi solebat occupare.* Cum ergo Medicus dixit invenisse *IL CAPO DELL' OSSO FUORI dell'acetabolo*, quod idem confirmavit Chirurgo ajenti *Summ. pag.* 12. §. 84. = *Mi riferì il Sig. Ricca* (Medicus) *io ho conosciuto, che il CAPO del femore destro ERA FUORI uscito dal suo acetabolo* = implicite dixit visu, tactuque ossis protuberantiam invenisse, et cavitatem in acetabulo, a quo expulsus discesserat.

16 Animadversionis autem auctorem sua fallit opinio dum objicit certam fœmoris luxationem petendam esse a crurum comparatione, ex majori nimirum longitudine affecti cruris, quam sani. Fallax nimirum hocce experimentum ad luxationis diagnosim assequendam, satis aperte declarat laudatus Svvietenus ad *eit. Aphor.* 365. §. *Quanta* = ibi = *Mirus satis casus, qui apud Galenum habetur. Homini in palestra brachium luxatum fuerat. Medicus PARTEM LÆSAM CONFERENS CUM PARTE SANA circa articuli locum nullam tamen differentiam invenit; unde SATIS TEMERE hanc SENTENTIAM TULIT, Plagam quidem huic loco inflictam fuisse, articulum vero illæsum esse . . . . . tertia die cum nihil remitteret dolor, in consilium vocatus GALENUS vidit humerum affectum quidem non habere præternaturalem cavitatem in loco articuli, imo potius plus tumere, quam alter humerus, qui secundum naturam se habere credebatur, sed sub alam brachii affecti DIGITIS IMMISSIS statim DEPREHENDIT CAPUT ARTICULI ELAPSI hærere.* (ut ait Medicus; col tatto avendo trovato il capo dell'osso fuori dell'acetabolo) *unde luxationem adesse conclusit. FEFELLERAT autem MEDICUM COMPARATIO PARTIS læsæ cum altera parte simili, quam sanam credebat . . . . et ideo COMPARATIO binorum humerorum inter se, MEDICUM IN ERROREM DUXERAT.*

17 I nunc, et objice, Medicum comparare debuisse crura ad luxationis diagnosim habendam, potius quam cum Galeno digitis suis deprehendere debuisse elapsi articuli caput. Ne quæso Chirurgica animadversio diagnosis signa, cum prognosis, et curationis signis confundat: ceu jam alias monnimus. Comparatio enim membrorum non ad diagnosim spectat, sed ad curationem, quæ ipsam præhabitam dia-

gnosim sequitur, uti laudatus Svvietenus monet *loc. cit.* = ibi = *POSTQUAM JAM CONSTITIT DE LUXATIONE præsenti, PRÆTEREA requiritur in diagnosi, ut determinetur versus quam partem articulus elapsus iverit, an versus exteriorem, interiorem, superiorem, inferiorem etc. plurima enim ad PROGNOSIM, ET CURAM scitu necessaria ab hac cognitione pendent etc, HIPPOCRATES etc. de foemoris variis luxationibus agens, singularum signa accurate notavit.*

18 Bene quidem; Medicinæ Parentem *Hippocratem* adeo, ipsumque docentem lego, in fœmoris luxatione non ad ipsius diagnosim, sed ad illius potius instituendam repositionem, comparanda esse crura, ut pars, locusque agnoscatur, ad quem excissum fœmoris caput prolapsum sit: Ita Hippocrates *lib. de Artic. num.* 55. = ibi = *Si vero foemoris articulus ex coxa exciderit etc QUIBUS INTRO EXCESSERIT, iis LONGIUS apparet CRUS, si ad alterum comparetur.* Et *num.* 59. *DECURTANTUR enim magis ii, QUIBUS EXTRA luxatio facta est.* Et post ipsum James in *Dict. verb. Luxatio §. Situazione* = ibi = *Quelli, il di cui femore è SLOCATO AL DI FUORI, hanno LA GAMBA CURVA etc., imperocchè quando l'osso è slocato al di fuori, curva al di dentro la gamba, laddove quando è slocato al di dentro, la gamba è curva al di fuori.*

19 Postquam igitur certam ex Medico luxationem habuimus, si tanti scire interesset in quamnam partem fœmur excessisset, in interiorem scilicet, vel exteriorem, ex aliata Hippocratis, omniumque Medicorum doctrina perspectum habemus in exteriorem excidisse, quia patientis crus luxatum altero brevius erat, atque curvatum, teste Sanatæ Viro *Summ. pag.* 23. §. 136. = ibi = *Mi accorsi, che aveva la Coscia destra slocata etc. ed AGGRANCATA, SENZA POTERLA STENDERE.*

20. Et quoniam fœmur situm est in externa lateris parte, ut notum est, et advertit Hippocrates *lib. de fractur. num.* 24. = ibi = *Et hoc considerare oportet quod foemur gibbosum MAGIS EST AD EXTERNAM PARTEM, quam ad internam, et MAGIS AD ANTERIOREM, quam posteriorem; in has itaque partes etiam distorquetur*; Ideo quam Medicus non uno visu, sed etiam tactu luxationem noverat, uno dumtaxat visu QUINQUE alii etiam TESTES clare perceperunt; Imprimisque Sanata de facto proprio *Sum pag.* 3. §. 3. = *Questa caduta mi rompìu la guffula della coscia destra* „ Sanatæ Vir *Sum. pag.* 25. = *Mentre la spogliai MI ACCORSI che aveva la Coscia destra slocata, e l'osso fuori del suo sito.* XIII. Testis *Sum. pag.* 23. §. 146. = *La caduta l'aveva rovinata, anche con fare uscire il femore destro dal suo luogo, il che VIDDI MIO nello spogliarla* = Sanatæ Mater *Sum. pag* 28. §. 170. = *La VIDDI tutta annerita, e l'osso della Coscia destra era uscita dal suo luogo, e stava fuori dal suo sito* = Sanatæ Soror *Summ. pag.* 30. §. 188. = *Teneva slocata la Coscia destra, come COI PROPRJ OCCHI OSSERVAI* = XII. Testis *Summ. pag.* 21. §. 121.

§. 121. = *Si fracassò tutta, restandole slocata la Coscia destra.*

21. Extenuet quantum vult contumeliosis verbis Chirurgica Animadversio Medicum, Eum vocitans *Oppiduli Conductitium* Animad. *cit.* §.4. Apud Sapientes tamen proficiet omnino nihil, qui haud inanibus verbis abrepti ex unis factis ad Artis præcepta libratis Viri peritiam arguunt. Mitto Geographos *Cataeium*, non Oppidulum, sed Urbem, eamque insignem, suæ Provinciæ principem et caput describentes; ut in *Ditionar. Geographic.* Cll. Brouckner *Verb. Catanzaro* = ibi = *Catanzaro, CITTA' POPOLATISSIMA d' Italia nel Regno di Napoli, CAPITALE DELLA CALABRIA ultra con Vescovo. Il Governatore della Provincia vi suol fare la sua residenza*: Mitto in utriusque Siciliæ Regni Universitatibus adeo florere Medicam scientiam, ut eis hoc nomine nullæ aliæ anteferantur, paucæ putentur pares; ideoque Medicum in iis approbatum, et in Urbe frequentissima, et Provinciæ principe artem suam auctoritate publica exercentem, Juris præsumptione habendum esse sua in arte peritissimum; ceu advertit Thomas Ætius *inter Tract. Magn. Tom. 7. fol.* 1803. *num.* 72. = ibi = *In locis insignibus præsumuntur esse homines intellectu capaciores*; et generatim de Medicis egregie docent Cæpoll. *in L. Labeo scribit num.* 11. *ff. de Ædilit. edict.* = ibi = *Quilibet præsumitur scire artem quam facit, et exercet* = Et Christianeus *Decis. Belgic.* 116. num.3. tom.5. *Quando quis est approbatus per coetum Doctorum DEBET PER OMNES ÆSTIMARI DIGNUS* = Et Rota in Romana seu Firmana Fideicommissi *de Burattis* 20. *Januar.* 1751. cor. Migazzi §.4. = ibi = NEMINI NEGARE LICET EUM FUISSE IDONEUM *qui sese capacem legitime declarari promeritus fuit*: Mitto laudati Medici peritiam ostendere phlebotomiam ab ipso curationis initio indictam *Summ. pag.* 5. §. 23. = *Al momento mi decisi, guordando la cura in generale per il Solasso*, quia eam in magnis internis contusionibus promptè instituendam docet Monteggia *Instit. Chir. edit. Floren. port.* 2. *cap.* 9. *num.* 803.

22. Hæc libenter mitto, et ad Galeni factum paulo ante relatum appello. Accitus Peritus Medicus ad luxatum reponendum brachium cum ex eo comparato cum sano nullam longitudinis differentiam advertisset, satis temere sententiam tulit, non esse luxatum, aliique etiam Medici in ejus abiere sententiam; Vocatus tamen *Galenus*, digitisque immissis sub affecti brachii alam tactu articuli elapsi caput deprehendit, ideoque libere luxationem adesse conclusit. Si Antoniæ Medicum ideo imperitum probas, quia non ex facta crurum comparatione, et affecti longitudine cognita, sed ex deprehensa digitis, tactuque fœmoris capitis a sua acetabuli cavitate extrusione luxationem novit affirmavitque, Galenum ipsum omnium imperitissimum vocitabis.

23. Sed intelligo. Heisterus Medicos monet fœmur frequentius, faciliusque suo in collo diffringi, quam suo e sinu excidere = *Animad.* §. 4 *in fin.* = Si fractum potius quam luxatum fœmur dixeris, quid inde? Nonne tantum splendoris Miracu- *ANIMAD. cit.* §.4.

lo adjicies, quanto difficilior fracturæ curatio est quam luxationis? Etiamsi vero idem Heisterus monuerit facilius rumpi, quam luxari fœmur, nunquam tamen somniavit luxari non posse; qui monitis Medicis, ne illius fracturam pro luxatione habeant, e vestigio addit *lib* 3. *cap.* 10. *num.* 1. *exadv. cit.* = ibi = *Etiamsi autem incidere nonnunqm hujusmodi casus possint, ubi dictum illud FOEMORIS CAPUT EX ACETABULO PRORUMPIT* = Et *num.* 4. = *Foemur autem in quatuor partes promovere solet, in interiorem scilicet, atque exteriorem, inferiorem atque superiorem.*

24. Etiamsi vero ejusmodi fœmoris luxationis causam præfatus auctor advertat accidere potius posse ex interna causa, quam externa *Animad. cit. §. 4. in fin.*, non ideo tamen externam exclusit, qui ultro supposuit luxari etiam posse fœmur ex interna causa, scilicet = *Per humores noxios ob quamcumque causam hic collectos* = loc. cit. = Si tanti valent humores, ut valentissima fœmoris ligamenta adeo *debilitare possunt, ut quasi SPONTE SUA FOEMORIS CAPUT EX ACETABULO DIMITTANT*, ut ait ibidem Heisterus; quantinam ad id valebit præceps ex alto lapsus corporis ab ingenti superposito pondere subito in humo collisi? Ex externa violentia luxari fœmur, jamdiu docuit Hippocrates *Tract. de Artic num.* 69. = ibi = *Quibuscumque ita elapus fuerit articulus, sive EX VIOLENTIA elapsus sit, sive præ morbo*, Et cum eodem advertit James *Diction. verb. Luxatio* = ibi = *Cagionato puol essere il dislocamento da una FORZA ESTERNA, che estenda, contorca, e rimova la testa dell'osso dalla sua cavità.* Et §. *Conferma* = *Quando per VIOLENZA ESTERNA vengono a rompersi i ligamenti, egli e evidente, che risultar ne deve per necessità un dislogamento* = Et Monteggia *Instit. Chirurg. part.* 2. *Cap.* 19. *exadv. cit.. num.* 383. = *Lussozione anteriore, e superiore fu veduta* da Desault *in un Uomo, che carico di grave peso sdrucciolò colla gamba o coscia voltata indietro nel tempo stesso, che anche il tronco si rovesciò oll' indietro. Quest' attitudine fece voltar innanzi ed in su la testa del femore, che RUPPE LA CAPSULA, sortì dell' articolazione ec.* E num. 284. *I segni di questa lussazione sono L'ACCORCIAMENTO DELLA COSCIA, e per conseguenza di tutta l'estremità ec. SENZA POTERLA punto PIEGARE*; ut in nostro casu = *Coscia aggrancata senza poterla stendere* = Sum. p. 23. §. 136.

25. Quamquam vero idem Monteggia ex Boyer addiderit *loc. exadv. cit.* Animad. §. 5. *init. Che il capo del femore molte volte non faccia, che avvicinarsi all' eminenza ilio pettinea, senza molto scostarsi dalla cavità cotiloide*, non id e suo penu tradit, sed ex privata Boyeri opinione, uti idem monet ibid. = *Boyer E' DI SENTIMENTO, che il capo del femore molte volte ec.* idque e vestigio notat ubi superius excriptum casum relulit illius hominis, qui *carico di grave peso, sdrucciolò, et questa attitudine fece voltare innanzi, ed in sù la testa del femore, che RUPPE LA CAPSULA SORTI DALL'*

ANIMAD. §. 5.

AR-

ARTICOLAZIONE, *e venne a collocarsi nel pube*. Si fœmur excidit, juxta Monteggia in eo qui *sdrucciolò carico di grave peso*, putas ne non excidisse in eo, qui non in humo prolapsus est, sed gravi pondere oppressus, præceps ex alto ruit?

26 Cum vero idem Monteggia retulit opinasse Boyerum, *che il capo del femore molte volte non faccia, che avvicinarsi all' eminenza ilio pettinea*, non ideo retulit perinde ac si *Boyer* fœmoris luxationem excluderet, sed de illius extrusionis *modo* agens ut advertat, eumdem opinasse idem fœmur in sua extrusione primum *avvicinarsi all' eminenza ilio-pettinea*, deinde vero ab ea recedere ut perfecte ex acetabulo prosiliat, ut idem Monteggia narrat in *seq. num* 1287. = *ibi* = *Nel modo supposto da Boyer non si può fare, che L' IMMEDIATA LUSSAZIONE in basso, e posteriormente, la quale POI può diventare superiore CONSECUTIVAMENTE . . . . . dalla quale estrema attitudine RECEDE poi dopo percosso l' osso del cotide quando abbandona quest' osso SORTENDO DALLA CAPSULA, e si colloca in quella che compete alla sua nuova situazione.* Ex quibus clare patet ipsum Boyerum non luxationem negasse, sed suam significasse opinionem *de modo*, quo fœmur e sua excidit cavitate *sortendo dalla capsula*, non immediate videlicet, sed mediate, quod nostra non interest.

27 Neque unquam Boyerus asserere potuisset fœmoris os non integre ex sua cavitate excidere posse, postquam *Hippocrates* docuerat idem os ob suam rotundam cervicem non posse partim e cavitate exire, partim vero non: teste Jamesio *Diction. verb. Luxatio* = ibi = *La testa di un osso articolato può o sortire totalmente dalla cavità dov' è naturalmente contenuta, o allontanarsi in guisa dalla sua situazione naturale, che resti parte dentro, e parte fuori. IPPOCRATE nel suo trattato degli articoli dice però, che ciò non succede in ogni articolazione, poiché essendo LA TESTA dell' Omero, e DEL FEMORE affatto ROTONDA, e ricevuta in cavità parimenti rotonde, conchiude, che in PARTE SORTIR NON POSSONO dalle loro cavità, ma che DEVONO USCIRNE AFFATTO.* Jucundum denique videtur nobis fœmoris luxationem asserentibus ab externa violenti causa fieri solitam, objici Boyerum disserentem *de modo*, quo e sua excidit cavitate. Qui de extrusionis modo inquirit, nonne luxationem affirmat?

28 Quid autem istud est, nisi lucem negare in meridie, dubiam ideo reddere fœmoris luxationem, quia in natura dari etiam possunt *articulorum* contorsiones, quas Monteggia vocat *storta o contorcimento*? Animad. §. 5. Notat quidem is comunem esse posse articuli contorsionis æque ac luxationis *causam*, scilicet *caduta*, *sforzo*, o *altra violenza esterna*, non tamen eosdem effectus. Ex violentia enim suis e cavitatibus exeunt ossa atque extruduntur; Articuli vero, licet eadem causa, tamen nonnisi extorquentur. Quamobrem non

ANIMAD. §. 5.

non quidem facile luxantur; sed facile extorquentur. Objectus Monteggia differentiam ponit inter utrumque morbum *cap. 22. num. mihi* 383. et penes Animad. num. 1078. = ibi = *Si dice storta, o storcimento una lesione all'articolazioni fatta per caduta ec' simile a quella, che produce le lussazioni, colla differenza, che NELLA STORTA le ossa smosse oltre il loro sito naturale, e quasi portate alla lussazione, RITORNANO in tutto, o in gran parte al LORO SITO* = Et num. 387. = *Tutte le articolazioni possono essere esposte agli storcimenti, mu dove più frequentemnte accadono, sono quelle della MANO del GINOCCHIO, del PIEDE, e delle DITA*; non autem fœmoris; quia clara ejus patet diagnosis ex illius capitis situ, ut idem Monteggia docet cap. 19. n. 289 = *Il FEMORE SLOCATO posteriormente, e superiormente, si colloca d'ordinario COLLA TESTA più o meno inclinata IN AVANTI, e il gran troncantere all'indietro ec. LA TESTA DEL FEMORE NON PIU' CONTENUTA IN UNA PROFONDA CAVITA', non può più tenersi coll' asse suo, e del suo collo perpendicolarmente al catino medesimo ma bisogna, che inclinisi da una parte, o dall'altra.*

29 Leges jubent, et omnium Tribunalium praxis Perito deponenti de re, quæ ad suæ artis peritiam spectat, fidem omnino plenam debendam, etiamsi nullam referat suæ scientiæ causam: uti præ cæteris docent Felin. *in cap. cum caus. de Test. num.* 3. *ad fin.* = Pax Jordan de re judiciali *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 958. = ibi = *Quoad Peritos in Arte in suis relationibus NON OBLIGANTUR ASSIGNARE RATIONEM DICTI SUI, ET CAUSAM SCIENTIÆ in iis quæ ad Peritiam Artis eorum spectant* = Gratianus *discept.* 296. *num.* 16. = ibi = *Peritis standum est, QUAMVIS NULLAM RATIONEM REDDERENT SUÆ DEPOSITIONIS* = Panimol. *Dec.* 154. *num.* ibi *Quando Periti DE EORUM JUDICIO deponunt super iis quae ad artis peritiam spectant, tunc eis CREDENDUM EST, ETIAMSI NON REDDERENT RATIONEM, ET CAUSAM SCIENTIÆ, cum habeant praesumptionem pro se* = Rota *in recent. part.* 19 *dec.* 359. *num.* 18. = ibi = *Standum esse Perito, ETIAMSI NULLAM RATIONEM REDDERET.* Et nostris in Causis Matthæccius in sua Praxi *tit.* 3. *cap.* 5. §. 4. *num.* 59. *in fin.* = ibi = *Peritorum attestationi standum est, et TAMQUAM PERITIS in arte DEBET FIDES ADHIBERI*: nec non Bendictus XIV. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 8. = ibi = *DE MEDICIS, qui infirmum curarunt, quæritur an eorum examen sit utile? De utilitate nulla potest esse controversia. STATUS enim MORBI ex EORUM TESTIMONIO DIGNOSCITUR, sanationisque modus ex eodem desumitur.*

30 Hisce in jure constabilitis, satis ultro erat dixisse Medicum invenisse *una lussazione nel femore*, ut plenam sibi fidem vindicasset, quia de re deponens ad suæ Artis peritiam spectante non indigebat scentiæ causam afferre. Attulit tamen, inquiens quod *mi accertai tanto con vista, che col tatto, avendo trovato il capo dell'osso fuori dell' acetabolo*. Qua quidem phy-

physica certitudine, quæ habetur per sensus; nulla certe major excogitari, dari que potest. Ita profecto disserui in præterita Causæ actione *Resp. pag.* 19. §. 48. *et seq.* Attamen nescio quo fato iterum nulle Animadversio Medico fidem detrectat perinde ac si ille ea haud iniverit experimenta, unde certior deprehendi, cognoscique luxatio possit. *Animad.* §. 6. Sed Ars Medica, cujus præceptis Institutisque judicium de re Medica ferendum est, nulla certiora experimenta noscit, quam quæ visus, tactusque sensu instituuntur, ceu docet Cll. Sauvagesius *Nosolog. Prolegom.* §. 8.=ibi=*Principia ea tantum in re Medica debent admitti, de quibus ita certi sumus, quae SENSUS EVIDENTIA demonstrat; ea vero nihil aliud sunt, quam EXPERIENTIA. Et* §. 9. *Experiri dicimus, quae ad nostras sensationes attenti percipimus etc. si attente observemus ope VISUS, TACTUS, auditus ec. HÆC observatio VOCATUR EXPERIENTIA ec. experientia itaque nihil aliud est, quam phoenomenorum COGNITIO EX SENSATIONE orta* = Et tandem §. 75. = *Ea sedes est in definitione recensenda QUÆ SENSU, aut degri relatu, PERCIPITUR.* Si vero pro experimento intelligis objectam crurum comparationem, in putidum illum errorem Medicum inductum exhiberes, de quo illos redagruit *Galenus*, qui ex simili errore haud hominis humerum luxatum existimarunt.

ANIMAD. §. 6.

31 Descripserit quidem *Ambianat* fœmoris os summum habere cervicem exertam, que intro conversa in coxendicis acetabulum reconditur, ab eique exiguos duos manare processus; Ex qua quidem descriptione dubiam, ac fere impossibilem Animadversio illius arguit luxationem *Animad.* §. 6. Bone Deus! Si talis est structura fœmoris ut firmiter sua in cavitate ligatum exire ab ea non valeat, eccur Chirurgicæ Artis Scriptores omnes ab ipsa Hippocratis epoca de illius luxatione edidere Tractatus? Ecquomodo fere in dies hominibus luxatur fœmur, tantoque damno, ut nonnisi claudicando, vel crocceis innixi sedive detenti reliquam vitam traducant? Experientia, et Medicae Artis principia deneganda omnino forent.

32 Habeat foemur processus, habeat validissima ligamenta, non ideo tamen impossibile est, quod externa violentia non rumpantur, iisque ruptis, foemoris caput e sua cavitate extrudatur, ut bene Svvitenus ad *Aphor.* 366. §. *Partibus* = ibi = *Periculosæ imprimis luxationes majorum articulorum quos validi musculi ambiunt, et fortissima ligamenta coercent. NON enim POSSUNT, NISI A VALIDISSIMIS CAUSIS tales articuli suis SEDIBUS EXPELLI, unde PERICULOSA saepe SYMPTOMATA solent sequi. Ob hanc causam CELSUS dicit* = „ *Hic vero* „ *et INGENS PERICULUM EST eo gravius, quo majus mem-* „ *brum est, quove validioribus nervis, et musculis conti-* „ *netur. Ideoque ab humeris, FOEMORIBUSQUE metus* „ *mortis est, ac si reposita sint ossa, SPES NULLA EST* = „ *et ubi de foemoris luxatione agit, dicit* = „ *Magnum autem* „ *FOEMORI PERICULUM EST. ne vel difficulter repona-*

tur

„ *tur vel repositum rursus excidat* = „ Et ad *Aphor. cit* 366. §. *Ligamentis* = ibi = *Vix potest concipi LUXATIO OSSIS FOEMORIS A VI EXTERNA SUBITO FACTA, quin simul DISRUPTUM illud TERES ex cavo Coxae enatum, et foemoris ossis capiati insertum. Unde in hoc casu CURAE DIFFICULTAS PATET. Rarissime enim retrotracta haec ligamenti rupti extrema, iterum recrescent*; Quod etiam repetit §. *Musculis* Cohaerent recentiores apud Jamesium *cit. verb. Luxatio*: nec non Monteggia *cit. cap.* 19. *Lussazioni etc. num.* 297. = ibi = *In quasi tutte le lussazioni del femore SI ROMPE IL LIGAMENTO INTERNO, essendosi esso trovato rotto da* VValter *anche in una lussazione in basso, ed in avanti, che è pur quella, dov' esso viene esposto a minore allungamento.*

ANIMAD. §. 7. 33 Ad silentium appellas Testium, sive de contusione, sive de luxatione? *Animad.* §. 7. Proh Superi! Nonne *Summarium* exhibuimus? Nonne super hoc Primo Miraculo *Testes Vigintitres* partim de visu, partim de auditu a videntibus de totius abdominis contusione, deque intestinorum lasione; *Septem* vero *oculati* de foemoris luxatione deponuent? et deponere facile de hac re potuerunt, quia sub eorum sensu cadebat. Luxationis enim ossis symptomata sunt *il cambiamento DI FIGURA, E DI SITUAZIONE NATURALE* = *Dalle cavità, e dai tumori straordinarj, perchè sempre formasi UN TUMORE DAL LATO, dove l'osso è spinto, e una cavità nel luogo, da cui è uscito* = *ineguaglianza del membro, che è più corto quando l'osso è spinto in alto*; Inquit ex A.A. James verb. *Luxatio* §. *I segni Vide Sum. per tot.* Vide symptomatum Syllabum *in Prima Resp. pag.* 5. *ad* 17. Cum larvis pugnare videmur.

34 Si Chirurgus deposuit, quod *insistendo gli astanti di osservarla, e vedere, se era rottura di ossa, o altro, non stimai di muoverla*: quonam quaeso argumenti genere animadversionis auctor concludere ex hisce valet = Nihil cognitum vere fuisse nec *di rottura d'osso, nec di altro? Animad.* §. 7. Novum certi argumenti genus, et hactenus inauditum; quia nihil novet, viditque Chirurgus, quia partem inspicere noluit, ideo neminem alium videre potuisse. Ab uno ad omnes argumentum non datur. Oculatorum vero voces jam antea retulimus in praeterit- *Resp. pag.* 21. §, 53., quorum quisque ait: *Mi accorsi* = *viddi* = *viddimo cò proprj occhij*; *osservai* = foemoris luxationem, easdemque oculatorum Testium voces paulo ante iterato retulimus. Fuisset quidem misera Mulier immota *alla supina*, situm tamen haud prohibere potuisse, ne Testes ossis protuberantiam viderent, crurisque attractionem, jam alias probavi in praeterita *Resp. pag.* 21. *per tot.* cum foemur, ut docet Hippocrates *lib. de fractur.* num. 24. = *Magis est ad EXTERNAM PARTEM quam ad internam, et magis ad ANTERIOREM, quam posteriorem*, et paulo superius ex Jamedio ostendimus, quod *formasi UN TUMORE DAL LATO dove l'osso è spinto.*

35 Religiosus quidem aeque ac peritissimus Medicus absolute luxationem deposuit, *avendo trovato il capo dell' osso fuori dell'aetabolo*

bolo = In quonam autem latere, sinistro, vel dextero luxationem invenerit haud se reminisci potuisse ait post lapsum Annorum novem, quot a Miraculi epoca, ad Processus constructionem fuerant elapsi: inquiens *non mi ricordo, se fu il destro, o il sinistro, per lo passaggio di Anni Nove Animad. §. 7. in fin*; Quibus ex verbis Animadversionis auctor ad arguendum potius, quam ad veritatem inquirendam ejusdem Medici testimonium infirmare conatur, perinde ac si non satis memor ipse fuerit de foemoris luxatione. At contextus ita legenti patet, ut nulla indigeat explicatione. Inquit enim absolute *OSSERVAI una lussazione nel femore, di cui MI ACCERTAI tanto con colla vista, che col tatto, avendo trovato il capo dell'osso fuori dell' acetabolo*; oblivionem vero, quam incusat, aperte coarctat ad lateris qualitatem dexteri potius, quam sinistri = *Non mi ricordo, se fu il destro, o il sinistro* = *ANIMAD. §. 7. in fin.*

36 Ecquis autem non intelligit, accidentalem hanc esse circumstantiam, quae ad affirmatam jam certo luxationem non pertinet? Sive enim luxatio fuerit in dextro sive in sinistro foemore alterutrum luxatum erat. Quae quidem circumstantia utpote accidentalis, post longum temporis spatium a memoria elabi solita haud testimonium infirmat, quod de facti substantia Medicus dederat: uti advertit S. Thomas penes Benedictum XIV. *lib. 3. cap. 7. num. 10.* = ibi = *Si sit discordia testimonii in aliquibus circumstantiis non pertinentibus ad substantiam facti NON PRÆJUDICAT TESTIMONIO, quia homines non consueverunt circa talia multum sollicitari, unde FACILE A MEMORIA ELABUNTUR.* Et punctim de sinistra, vel dextera parte egregie scribit Baronius *ad Annum* 451. §. 68. = ibi = *Respiciens a dextris habet, qui sedent in sinistra, et a sinistris qui considerent in dextera. Qua quidem ratione habita FIET, UT MULTAE CONCILIARI POSSINT DE SINISTRA, ET DEXTERA PARTE OBORTAE, et oboriri solitae CONTROVERSIÆ concordenturque variae perplexitates.* Coeterum ipse Medicus, etsi post Annos Novem reminisci non potuisset accidentalis circumstantiae lateris dexteri, vel sinistri, illius tamen bene memor fuit morbi, et miraculi tempore quo recens erat facti memoria. Tunc enim Chirurgo retulit luxationem invenisse in latere dextero.; ut ille deponit *Summ. pag.* 12' §. 74. = *Mi riferì il Signor Rieca* (Medicus) *Io ho conosciuto, che il capo del FEMORE DESTRO era fuori uscito dal suo acetabolo*; Cum eoque concordant Testes omnes *Sum. pag.* 25. §. 136. *et seq. La Coscia destra slocata.* Sum. pag. 3. §. 3. ipsa Sanata *Mi rumoiù la guffula della Coscia destra*: Sum. pag. 23 §. 166. *Il femore destro*: pag. 28 §. 170. *L' osso della Coscia destra*: *pag.* 30. §. 188. *Slocata la Coscia destra*: *pag.* 21. §. 131. *Sloeata la Coscia destra.*

37 Nihil vero prohibuit immotam jacuisse ægrotam, quominus Medicus tentare potuisset latus, fœmorisque caput *fuori dell' acetabolo Animad. cit. §. 7.* Præterquamquod enim in inspectionis actu movere infirmam potuerit, utpote qui eam vi-

 dit

dit paulo post a lapsu, ISTANTANEAMENTE CHIAMATO *ad assistere ec. in occasione della caduta* Summ. pag. 5. *ante* §. 20. facile digitis suis etiamsi Mulierem eo in acto immotam supponamus, luxationem noscere potuit; quia = *SI SENTE UNO SPAZIO, O VUOTO attorno l'articolazione, tra la testa dell'osso, e la cavità, che lo riceve.*, verba sunt Jamesii *cit. verb. Luxatio* §. *Il membro*,

DE SANATIONE SIVE BEATI APPARITIONE

ANIMAD. §. 8.

38 Concedit quidem Censor Sanationem fuisse subitam, et perfectam, deque ea satis constare *Animad.* §. 8. De Apparitione autem Beati easdem repetit exceptiones in præterita Responsione dilutas. Satis propterea Nobis erit Sapientissimos Judices ad easdem remittere. Si enim de Apparitione non alias docemur, quam ex relatione Sanatæ Mulieris, quæ destituta sensibus videre sibi visa est, suaque sibi imaginatione finxit, *una persona, che pensai essere lo Santo Padre Beato Alfonso*, ejusque Vestes descripsit, oro, obtestorque Animadversionis auctorem, ut ad anteactas vindicias in Præparatorio Conventu editas, oculos parumper convertat pag. 39, ibique leget Benedictum Quartumdecimum docuisse, cum Apparitiones non aliter probari possint, quam illius testimonio, qui vidit, ei tamen, licet unico testi, adhibendam esse fidem, ut ex ejus verbis relatis *in cit. Resp. pag.* 38. *in fin*, ubi Pontifex proposito sibi dubio, An Apparitionis ratio haberi possit in judicio Canonizationis illius, qui apparuit, scribit = Huic quæsito, *AFFIRMANDO RESPONDETUR, dummodo qui sibi refert factam Apparitionem talibus sit moribus imbutus, ut EI, QUAMVIS UNICO TESTI, FIDES HABERI POSSIT; dummodo ex ejus dictis appareant notæ, et qualitates veræ, ac Coelestis Apparitionis, et dummodo effectus aliquis ex Apparitione ortus, aliorum Testium dictis comprabetur.*

39 Hae quidem conditiones a Pontifice propositæ *lib.* 4. *p.* 1. *cap.* 32. *num.* 14. *et seq.* ad fidem adhibendam unico testi Apparitionem sibi factam referenti, in Antonia Tarzia concurrunt, et apprime conveniunt. Ea enim prima est, quod Apparitionem referens *talibus sit moribus imbutus, ut ei fides haberi possit*, Talis punctim erat Antonia, testante Parocho *Summ pag.* 7. §. 39 eam esse *di buona morale, onesta, e decorosa*, eamque Testes describunt religiosam imprimis, verecundam, et simplicem; *in Resp. ad novas Animad. pag* 39. §. 56.

40 Altera conditio a Lambertinio proposita est; quod *ex ejus dictis appareant notae, et qualitates Coelestis Apparitionis.* Vidit profecto Antonia, vix corde iterum invocato B. Alphonso, che l' *Abitazione era piena di splendore, e viddi ancora una Persona ec. illuminata tutta la Casetta, e in mezzo a questo lume di Paradiso il Beato Alfonso = lume di Paradiso = il Beato Alfonso è venuto a sanarmi in mezzo ad una gran luce, e la Casa tutta illuminata*: uti ipsa Sanata narrat, Testesque omnes immediate ab eadem auriti *in cit. Resp ad Novas Animad. pag.* 39

39. *in fin. et seq* Hunc sane splendorem Coelestis Apparitonis tesseram esse, quia nonnisi glorioso, et beatifico Corpori competebat, ponderat A Lapide in illud Matth. 17. = *Resplenduit facies ejus sicut Sol* = ubi = SPLENDOR *hic erat*: COELESTIS, *imo plusquom Coelestis, scilicet Divinus, et* BEATIFICUS, QUALIS EST CORPORUM GLORIOSORUM. *Nota hunc splendorem fuisse* DOTEM CLARITATIS, *ut caeterae dotes corporis Beati*, in cit. præter. Resp. *pag.* 40. §. 97.

41 Tertia conditio ab eodem Pontifice proposita ad præbendam fidem referenti est = *dummodo effectus aliquis ex Apparitione ortus, aliorum Testium dictis comprobetur. Non enim apparent Animæ ut videantur, sed ut ea Apparitione aliquid operetur.* Effectus ortus ex hujusmodi Apparitione fuit, quod vix a Beato per visum benedicta Antonia jam in agone posita, revixit extemplo, se sanam, et incolumem inclamavit, reique veritatem adstantibus omnibus patefecit, prosiliit stantim e lectulo, solidum carnis obsonium avide, sapideque comedit, filiolum deperdito jam, et protinus restituto lacte nutrivit, atque ad multam noctem confluentibus ad eam Civibus prodigium enarravit, posteroque die libere, et expedite Templum perrexit, cunctis præ Miraculo obstupescentibus, uti ex Testibus patet jam allatis *in cit. præter. Respons. pagina* 32. §. 39. *ad* 80. *et pagina* 40. *per tot. et sequen.* Mirabilis vero hujusmodi effectus juxta Lambertinium aliorum Testium dictis comprobandus, non binis, ut in omni judicio, Testibus comprobatur, sed tot, tantisque, quot nulla alia in Causa afferri vix possunt, ita ut vel ipse demiratus Censor fuerit *in Prima Animad.* §. 5. = ubi *Si attendendus TESTIUM NUMERUS, qui AD HUJUS PRODIGII PROBATIONEM juridice fuerunt regati, ne dum sufficiens, sed etiam EXUBERANS ET PRÆTER NECESSITATEM habendus foret etc. TRES enim sunt SUPRA VIGINTI.*

42 Si singulae hae circumstantiae, in quibus Lambertinius docuit commemorandam esse in Miraculo approbando visionem fidemque adhibendam omnino esse eam referenti, licet unico testi, in hac facti specie concurrunt omnes; Eccur bis, terque repetitae haud animadversioni sufficiunt? Quid contra ipsa regerit? omnino nihil. Quonam ergo nomine eadem contra Lambertinium jam tertio repetuntur?

43. Maxima haec sunt; supersunt tamen multo majora Si Lambertinio illud sufficit, quod mirus effectus sive Miraculum a narrata visione ortus aliorum Testium dictis comprobetur, in hac facti specie non Miraculum tantummodo viginti trium Testium dictis comprobatur sed ipsa Visio præterSanatam,ab aliis etiam Testibus comprobatur.Non modo enim Sanata Mulier vix habita Beati Apparitione ad Presbyterum conversa, qui ejus Animam Deo commendabat dixit: *tu mi raccomandi l'anima, ed io sono sana, perchè mi ha sanata il Beato Alfonso, io sono sana: Non mi credevano, ed io sempre diceva: Io sono sana perchè il Beato Alfonso mi*

fece la grazia; Sum. pag. 3. §. 10, Non modo post Miraculum Visionem adstantibus ipsa narravit, sed in ipso Apparitionis actu, atque contextu eisdem singula Visionis adjuncta, et circumstantias narrabat.

44. Narrabat nimirum Coelestem lucem, quæ circumfulsit in habitaculo; narrabat sibi apparere Episcopum, ejusque Vestes minutim describebat; Narrabat locum, ex quo se ille in conspectum dedit, eum scilicet a quo ipsa delapsa fuerat, inquiens; *mò cala mò cala* = Narrabat puerulum eidem librum porrigentem, in quo Sacer Antistes benedictionis formulam legebat rubro charactere impressam; Narrabat ter eumdem, Episcoporum more, sibi benedicere, oculosque convertere in pectus, et abdomen suorum morborum sedes; Narrabat, et ab adstantibus efflagitabat Candelam Beato porrigendam; Narrabat porrectum sibi baculum lignum esse, non ceram; Narrabat allatam sibi postea candelam Beatum jussisse, ut in lecto reponeret, reposuitque: Narrabat in ipso Apparitionis fine iterum sibi ter eum benedicere, et extemplò evasisse sanam. Verbo; Narrabat, et *proseguiva a dire quanto stava vedendo* = *proseguendo a dire fil filo quanto vedeva* Sum. pag. 31. init. Hæc non unus vel alter, sed quatuor Testes immediate eo in actu ab eadem auriti, formiterque examinati deponunt, nimirum Testis XII. *Summ. pag.* 21. § 125. = Testis XIII, *pag.* 23. *in fin. et seq.* = Testis XVI. Sanatae Soror *Sum. pag.* 30. *in fin.* XVII. Testis alia Sanatae Soror *Sum. pag.* 33. *in fin. et seq.* quorum dicta retulimus in *praeter Resp. pag.* 32 *et seq.* §. 79. *per tot.*

45. Hi porro Testes quatuor, qui singula Visionis adjuncta, non postea sed eodem momento quo illa fiebant immediete ab eadem Sanata per auditus sensum percepere, totidem sunt *de Visione* cum Sanata CONTESTES, Quemadmodum enim Leges, et Jura primum auctoritatis gradum in probationis genere Testibus de visu concedunt, quia = *Oculorum testificatio rem facit physice evidentem testibus qui viderunt*; ceu monet Benedictus XIV. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 1. *et* 2. ita parem probationis gradum iis testibus tribuunt, qui rem per sensum illum percipiunt, qui eam sibi physce evidentem facit, sive visus, sive auditus; uti ponderat S. Augustinus, *lib.* 10 *Confes. cap.* 35. S. Bonaventura *Proces.* 7. *reliq. cap.* 10., et decrevit Rota in Recen. *decis.* 283. *num.* 12. *part.* 8. cujus verba retulimus in *praeter. resp. pag.* 45. §. 110 *et seq.* Quamobrem si non acquiescis Auctoritati Lambertinii docentis fidem praestandam esse unico Testi Visionem sibi factam referenti, acquiescas oportet *quinque* Testibus, qui cum Sanata Visionem enarrant; instar illorum, qui Visioni *Paulo* factae praesentes adfuere, quique etsi Visionem oculis minime viderent, vocem tamen audientes obstupuere, cujus Visionis Lambertinius meminit *in Act. Apost. Cap.* 9. = ibi = *Subito circumfulsit eum lux de Coelo etc. Viri autem illi, qui comitabantur cum eo STABANT STUPEFACTI AUDIENTES quidem vocem, nemi-*

nem

nem autem videntes = ubi advertit A Lapide = *Meam vocem audiverunt, non Christi.*

46. Sed iterum, iterumque urges Sanatam sensibus destitutam videre sibi visam fuisse, suaque imaginatione finxisse *una Persona, che pensai essere lo Santo Padre Beato Alfonso*, cujus Vestes quidem, formam tamen non descripsit, sed ut Parochus ait *credè il B. Alfonso*: Animad. *cit.* §. 8. Nonne haec omnia diluimus, quin contra vel hilum quidem repetatur? Eccur ergo nuda exceptio redit, licet olim expulsa? Equidem sciscitor, quisnam ille fuerit, qui apparuit praeter B. Alphonsum? *Fui guorita* Sanata inquit Sum pag. 4. §. 16. *dal B. Alfonso, IO NON PREGAI ALTRI SANTI, SOLAMENTE fui unta coll' olio della Lampada, MI RACCOMMANDAI AL BEATO, fui sanata, in un momento.* Et prius explicite retulit in eo ipso Apparitionis memento, intimo corde B. Alphonsum invocasse Sum, pag. 3. §. 8. = *In mezzo a questi patimenti MI RACCOMANDAI PER QUANTO POTTI ALLU BEATU ALFONSU, E SUBITO VIDDI, che l' abitazione era china de splendure, e viddi ancora una Persona all'auto, che era venuta . . . . giudicai esser lu Santu Padre Beatu Alfonsu.*

47. Infusa nimirum fuit ei lux ad intelligendum illum esse B. Alphonsum, quem ante infortunium in picta Imagine viderat *Sum. pag. 2. §. 1.* seque jam tunc eidem commendaverat = *Venni in cognizione di esserci questo Santo, mi raccomandai allo stesso caldamente.* Hanc vero cognitionem in ipsa Visione infundi advertit Benedictus XIV. *lib* 3. *cap.* 50. *num.* 10. = ibi = *Imaginaria* (Visio) *fit per species, seu Imagines rerum, vel in phantasia existentes, vel a Deo, aut ab Angelo immissas etc. INFUSA LUCE superna AD INTELLIGENDUM quid significent*; Et propterea dixit *Giudicai*: Et Parochus ait *credè il B. Alfonso*, quae quidem verba non dubitationem, sed cognitionem significant, penes Genuensium *art. log. lib.* 3. *cap.* 2. (non vero *dormendo mi parve di vedere*, quemadmodum ii visionem narrarunt in recensioribus Causis, in quibus ejusdem Visionis mentio fuit facta in Miraculis approbatis, *in Resp ad Novas. pag.* 42. *et seq*) unde adstantibus inter ipsam Visionem ægrota determinate narrabat: *Veggo una luce, E' IL B. ALFONSO* Sum. pag. 24. init. et pag 34. *IL BEATO ALFONFO E' VENUTO a sanarmi in mezzo ad una gran luce*, et statim ad Sacrum Ministrum, qui sibi morienti adstabat dixit: *Tu mi raccomandi l' anima, ed io sugnu sana; perchè MI HA SANATA IL BEATU ALFONSU; non mi credianu, ed Io sempre diciva.: Io sugnu sana, LU BEATU ALFONSU MI FECE LA GRAZIA.*

48. Ex hac profecto unius B. Alphonsi invocatione, aliorumque exclusione, certissimum argumentum emergit identitatis personae Mulieri apparentis, juxta regulam traditam a Benedicto XIV. *lib.* 4. *part.* 1. *cap.* 5. *num.* 7. = ibi = *Quaeres quomodo ostendi possit miraculum a Deo patratum fuisse ad patefaciendam alicujus sanctitatem. Facilis est responsio PROBATIO-*

NEM

NEM potissimum ob INVOCATIONE esse DESUMENDAM etc. Cum igitur aliquis ad Dei Omnipotentiam confugit Deique Servum, vel Beatum, aut Sanctum rogat, ut sibi a Deo Miraculum impetret, si MIRACULUM sequitur, FACTUM DICI DEBET INTERCESSIONE Dei Servi, Beati, aut Sancti INVOCATI.

49. Sed et illud magis magisque confirmat Sanatam non dubitasse de identitate personæ, quæ sibi apparuerat, quod ad unum B. Alphonsum Candelæ votum exsolvit, quam illi in Visione obtulerat, ut ipsa narrat *Sum, pag. 7. §. 33.* = ibi = *La mattina mi portai alla Chiesa DELLU BEATU ALFONSU; GLI PORTAI chilla candela, CHE GLI PRESENTAI QUANDO LO VIDDI*, quæ quidem Voti persolutio ita Personæ identitatem determinat, ut etiam in casu invocationis plurium Beatorum, eidem Miraculum tribuitur, cui Sanatus votum persolvit, uti ponderat Matthæuccius *tit. 3. cap. 4.* num 23. = ibi = *Ponderandum est in hypothesi an ex parte invocantis ALIQUID SPECIALE concurrat DETERMINATIVUM AD UNUM POTIUS quam ad alium, et quatenus habeatur, EJUS POTIUS quam alterius INTERCESSIONE Miraculum factum concluditur. Hoc speciale considerari potest in ACCESSU ad Sepulchrum Servi Dei, in osculo, vel applicatione reliquiæ* (olei lampadis Beati) *IN VOTO IN EJUS HONOREM FACTO Hæc sane etc. DETERMINANT.*

50. Licet vero Visionem hanc imaginariam potius quam corporalem appelles *Animad. cit. §. 8.* eam tamen Cœlestem, et supernaturalem negare non poteris, juxta Benedicti XIV. doctrinam *lib. 3. cap. 50. num. 20.* = ibi = *VISIONEM PRAETERNATURALEM triplicem esse, corporalem videlicet, IMAGINARIAM, ET INTELLECTUALEM.*

51. Neque opponas ægrotam tunc sensibus destitutam fuisse, quia jam per Testes cumulate probavimus *in præter. Resp. ad Nov. Animad. pag. 28. per tot.* externum quidem sensuum usum amisisse, non vero internam intellectualem cognitionem, ita ut distincte narrare potuerit quidquid in morbo sibi contigerat, et in ipso momento Visioni immediato intimo corde B. Alphonso se commendaverit: Sum. pag. 3. §. 8. = *In mezzo a questi patimenti MI RACCOMANDAI PER QUANTO POTTI ALLA BEATU ALFONSU E SUBITO VIDDI, che l' abitazione era china de splendore, e viddi ancora un Persona ec.* Sopitus autem externus sensuum usus, tantum abest quod Cœlestem apparitionem impediat, vel dubiam faciat, ut potius eam veram adstruat, quia sopitis sensibus factam. Docet enim S. Bonaventura apud Benedictum XIV. *lib. 3 cap. 51. num. 4.* etiam Divinas apparitiones sopitis sensibus evenire = ibi = *Apparitiones, et revelationes etc. si divinitus immittuntur vim aliquam significandi semper habent, homo de illis SOPITIS SENSIBUS efficacius instruitur, ABLATO quoque EXTRINSECUS IMPEDIMENTO.*

52. Sollicitos haud nos esse debere de visione in miraculi Epigra-

phe

phe commemoranda Animadversio contendit, propter praxim illam jam tertio repetitam, quam Benedicti XIV ævo vignissse Pontifex narrat = *In miraculi approbatione silentio ut plurimum prætereundi apparitiones Servorum Dei, et Beatorum* Animad. cit. §. 8. Monuimus tamen *in præt resp. pag.* 38. Sapientissimum Lambertinium narrasse quidem vigentem sua ætate praxim prætereundæ visionis in approbandis miraculis, non semper quidem, sed ut plurimum, eidem tamen praxi doctissimum illum virum non adhæsisse. Oppositum enim pro sua Sapientia sentire apertissime exposuit, cum opportunus sibi locus occurrit inquirendi an in Miraculorum approbatione habenda sit ratio Apparitionis atque Visionis, respondendo AFFIRMATIVE. Ita sane Pontifex *lib. 4. part. 1. cap. 32. §. 14*, ubi post relatas Coelestis Apparitionis notas scribit = *Post haec remanet, ut videamus an admissa Miraculi loco APPARITIONE Servi Dei, vel Beati, Miraculi hujusmodi HABERI POSSIT RATIO IN JUDICIO Beatificationis, et CANONIZATIONIS ipsius. Huic quaestio AFFIRMANDO RESPONDETUR.* *ANIMADV. cit. §. 8.*

53 Quid contra opponitur? Audite Sapientissimi Patres. Opponitur Pontificem in sententia tuis e Apparitionis habendam esse rationem in eo tantum casu, quo Miraculi loco ipsa proponatur Apparitio, non item cum in Miraculi approbatione commemoranda veniat, per ea verba = *Admissa Miraculi loco Apparitione* = Belle quidem! novusque in Logica Canon! Pluris, magisque æstimandum quod *minus* est, quam quod *majus*! Approbandam nimirum esse Miraculi loco Visionem, si nuda per se sit, neque supernaturalem aliquem effectum operetur; non vero commemorandam, si sit Miraculi adjunctum. Si quid sapio, contra certe arguendum. Quod enim per se Miraculum est, multo magis esse potest Miraculi adjunctum.

54 Contraria porro Lambertinii mentis interpretatio ejus verbis vim infert, quod in Hermeneutica Arte nefas. Tunc enim Sapiens ille Vir Visionis rationem habendam esse docet, dum *effectus aliquis ex Apparitione oriatur*, qui aliorum Testium dictis comprobetur, e vestigio addens, *DUMMODO EFFECTUS ALIQUIS ex Apparitione ortus, aliorum Testium dictis COMPROBETUR. Nec enim apparent Animae separatae, ut videantur, sed ut EA APPARITIONE ALIQUID OPERETUR.* Si effectus ex Apparitione ortus, est CONDITIO a Pontifice apposita, ut ejusdem Apparitionis ratio habeatur, consequens est Pontificem docuisse, quod in cogitandi arte pronum est, faciendam Visionis mentionem cum illius probatur effectus, sive Miraculum. Nam *concessum sub conditione, ea purificata, censetur concessum*; docet Rota in *Recent. Decis. 366. num. 5. part. 10, et Decis. 619. num. 12. part. 4. Tom. 3.* = ibi = *Quo casu idem est, ac si dispositio fuisset ab initio pura.*

55 Sed ulterius provehor; Si Miraculi loco habenda est Apparitio, quin ea effectum aliquem operetur, licet juxta Pontificem

cem *non appareant Animae separatae ut VIDEANTUR sed ut ea Apparitione ALIQUID OPERETUR*, non infertur mehercule illatio, quod si unde Animae appareant, ut tantummodo *videantur*, Apparitio illa Miraculum sit; si vero ex earum visione aliquid operetur, Miraculum non sit. Ad Logicos appello. Hujusce Visionis effectus, scilicet Miraculum, quod est conditio a Pontifice requisita, ut Visionis ratio habeatur *Trium* supra *viginti* Testium dictis comprobatur; ergo juxta Lambertinii doctrinam in approbando Miraculo commemoranda Visio.

56 Sed ais, ad Miraculi rationem necessariam non esse Visionem *Animad.* §. 8. *in fin.* Concedo; sed Deus *quomodo vult* Miracula operatur, ut Augustinus ait. Splendidius certe Miraculum est, si Beati apparitione fiat, clariusque in eo Divina ostenditur Virtus. Eccur ergo in approbando Miraculo manifestanda sanatio dumtaxat est, reticenda vero, et praetereunda Apparitio? Anne Dei magnalia partim manifestanda, partim vere reticenda? In Miraculorum quippe Epigraphe, sive lemmate, ex constanti praxi, et disciplina, non modo Miraculi substantia, quae in morbi indole, et sanatione sita est, verum etiam adjuncta commemorantur, quae majorem ipsi Miraculo splendorem afferunt. Si referuntur adjuncta *morbi* ad majorem ejus ostendendam gravitatem, eccur non referenda *Sanationis* adjuncta, scilicet Visio, ad majorem illius splendorem significandum? Apparitionis adjunctum licet non necessarium, quia tamen a Deo factum, non est omnino reticendum.

57 Ab exemplis a Nobis alias allatis commemoratae Visionis pluribus in Causis *resp. ad Novas Animad.* § 42. *et seq.* responis praxim generalem non destrui *Animad.* §. 8. Si porro in ipso Lambertinii aevo non ita generalis praxis erat praetereundae Visionis, ut non semper eadem servaretur, sed *ut plurimum*, multo magis contraria exempla commemoratae Visionis in approbatione Miraculorum post Lambertinii doctrinam probant vigentem hujusce faciendae mentionis consuetudinem. Praxis enim ab exemplis inducitur, et comprobatur. Anno videlicet 1785. die 4. Octobris in Causa B. Nicolai Factoris in duorum Miraculorum lemmate Apparitio commemoratur his verbis = *Ad intercessionem ejusdem Venerabilis, QUI ILLI ETIAM APPARUIT*. Anno 1803. Decreto edito V. Kal. Aprilis in Causa B. Josephi Mariae Card. Tommasi approbatum fuit Miraculum ab *Haemophysi post VEN. CARDINALIS JOSEPHI MARIÆ APPARITIONEM*. Anno denique 1825 in Causa B. Angeli ab Acrio inscriptum fuit Miraculum *Subitae Sanationis Mariae Annae Bernando ... cui Ven: Angelus APPAREns valetudinem PROMISERAT*. Illud vero haud praetereundum, easdem Visiones fuisse in Miraculorum approbatione commemoratas, licet singulae sequutae fuissent *IN SOMNIIS*, *ut in praet. resp. cit. pag.* 41 §. 101. *ad* 104. Eccur ergo potiori jure non commemoranda Visio facta *in Vigilia*? Cujus adjuncta dum fiebat, quinque Testes audiverunt?

Mi-

MIRACULUM II.

